

## Band VI., Nr. N7, Seite 434-435

*Abt Bern von Reichenau bittet den Bischof Werner von Straßburg um Schutz gegen die Ansprüche Wolferats (von Altshausen) auf seine Höfe Bierlingen, Empfingen und Binsdorf.*

Ohne Ortsbestimmung, Ohne Zeitbestimmung. (1024. September 8. – 1027. März 26.)<sup>1</sup>

Domno antistiti W., iusto veri Sadoch<sup>2</sup> sacerdotis filio, B. quaecumque vas in domo magni patris familias per boni operis sacrificium aeternae contemplationis intrare gazofilacium. Quoniam fidi pectoris vestri sanctuarium mihi tutum semper fuit asylum, ideo securus ad id confugio, quociens aliquo necessitatum constringor articulo, ut ubi pridem consolationis habui remedium ibi nunc renovati laboris iterum inveniam refrigerium. Scitis enim, quantis molestiarum turbinibus nuper apud regalem curtem sum iactatus, quando domnae reginae necnon et archipresulis venerandi A. vestrique pio suffultus iuvamine in aliquod securitatis litus me putabam vel ad tempus enatasse. Sed ecce, dum nescio, subito me retroactum in mediis pene undis video. Igitur ille quem bene nostis Wolfrat<sup>a</sup>, cuius vocabulum iure mihi videtur interpretari posse lupi consilium, meae calamitatis in hoc tempore inicium, non cessat nomini suo simul et moribus consonum contra me exercere officium, dum lupino me dente assidue mordet et lacerat, publice ac privatim me arguens mendacii, eo quod sim immemor erga eum promissi ac regii transgressor precepti, cum vos et precepti pariter et promissi testes esse, si dignamini, possitis idonei.

---

<sup>a</sup>*frat* auf einer Rasur.

<sup>1</sup>Die Zeitbestimmung dieses undatierten Schreibens ergibt sich aus der Deutung der in ihr meist durch Siglen angedeuteten Personen, wie sie von A. Holder, namentlich aber ALOYS SCHULZE: Die Urkunde Walahfrid Strabos von 843 eine Fälschung. In: Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins N.F. 3 (1888), S. 345-353, S. 351-353, gegeben wird. Der sicherlich nach Kloster Reichenau gehörige Schreiber des Briefes (B) ist der dortige Abt Bern (1008-1048); der Adressat (W) ist wohl Bischof Wernher I. von Straßburg (1001-1029), welcher am Hof K. Konrads II. besonders angesehen war; der Gegner des Abts, Wolferat, ohne Zweifel Graf Wolferat II. von Altshausen-Veringen (+ 1065 oder 1069), Vater Hermanns des Lahmun (+ 1054); der Erzbischof (A) ist Aribo von Mainz (1021-1031), zu dessen Regierungszeit bloß als König, nicht auch zugleich als Kaiser, nur Konrad II., Gemahl der schwäbischen Herzogstochter Gisela, erscheint, der am 6./7. September 1024 zum Könige gewählt, aber bereits am 26. März 1027 Kaiser wurde.

<sup>2</sup>Sadok, Hohepriester unter K. David.

## II

Jactat<sup>b</sup> ubique sibi curtes nostras Birniggun, Emphingun, Biniztorhp promissas esse, idque agens ordinis nostri statum pene debilitat, animos fratrum conturbat, illud apostoli dictum ignorans: Qui vos conturbat, portabit iudicium quicumque est ille<sup>3</sup>. Enim vero cum me per domnum episcopum nostrum aliosque super hac re satis temere et moleste interpellasset, racionabiliter, ut multis visum est, inducias postulavi, usque dum vobiscum pertractarem, si quomodo et secundum senioris nostri placitum respondere valerem, asserens me id omni nisu elaborare velle, ut si quid verbis promitterem operibus adimplerem. Quo audito recessit indignans et amarus animo, non desinens procacitate linguae quas libuit minas proferre. Nunc igitur quoniam vos inter LX ex fortissimis Israel Salomonis nostri lectulum ambitis<sup>4</sup> et gladium spiritus tenetis manu vestra ad bellum doctissima, dei ovile a lupi huius morsu defendite, ut nos pro domni regis nostri vestrorumque omnium salute absque timore valeamus instanter orare.

—

Der Textabdruck folgt einem Abdruck in Neues Archiv der Gesellschaft für Ältere Deutsche Geschichtskunde zur Beförderung einer Gesamtausgabe der Quellenschriften deutscher Geschichten des Mittelalters 1 (1876) - 50 (1933/34) ältere deutsche Geschichtskunde 13 (1888), S. 630, aus dem Codex Aug. CXLVI (saec. XI.), fol. 112 der BLB Karlsruhe. Vgl. dazu ALOYS SCHULZE: Die Urkunde Walahfrid Strabos von 843 eine Fälschung. In: Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins N.F. 3 (1888), S. 345-353, S. 351-353.

---

<sup>b</sup>So nach Mitteilung aus Karlsruhe nach dem Codex selbst, nicht *lactat*, wie im Neuen Archiv gedruckt ist.

<sup>3</sup>Vgl. Galat. 5, 10.

<sup>4</sup>Vgl. Cantic. 3, 7.

## Überlieferung und Publikationen

**Lagerort:**

BLB Karlsruhe

**Signatur/Titel des Originals:**

Cod. Aug. CXLVI, fol. 112

**Literatur:**

Schulte: Urkunde Walahfrid Strabo, S. 351–353.

## Weitere Angaben

**Sprache:**

Lateinisch

**Ausstellungsort:**

Ohne Ortsbestimmung

**Ortsindex:**

Bierlingen Wohnplatz (16240)

Bierlingen, Starzach, Tü

Binsdorf Wohnplatz (16349)

Binsdorf, Geislingen, BL

Empfingen Wohnplatz (7396)

Empfingen, FDS

Reichenau Wohnplatz (14588)

Reichenau, KN

Straßburg, Dep. Bas-Rhin, Frankreich